



TRIBUNAL ROTAE ROMANAE

Coram: R.P.D. Ioseph M. SERRANO RUIZ, Ponente

MONACEN.et FRISINGEN.

Nullitatis Matrimonii (J-G)

Comentario

La Sentencia representa un ulterior intento, después de la primera instancia del motivo de nulidad invocado también en la Rota, de profundizar en las posibilidades de que una anomalía psíquica, típica y frecuente en nuestros días, como es la depresión, pueda ser tenida en cuenta como causa de nulidad de matrimonio. Tanto por la complejidad del síndrome depresivo y de su delimitación nosológica como por la carencia de precedentes jurisprudenciales, las razones de la decisión son muchas y de no fácil valoración si se toman aisladamente, pero no dudo que legitiman una segura certeza moral consideradas en conjunto. La sorprendente admisión y testimonio personal de Sigmond Freud al comienzo de la parte *in iure* estimula la reflexión en derecho: mientras que las dolorosas vicisitudes métricas y las singulares circunstancias en que se celebró el matrimonio entre una apenas adolescente embarazada y un dependiente a las órdenes del padre de aquélla, constituyen una prueba casi evidente de la radical ineptitud de tal simulacro de matrimonio.

Como complemento, véase la recensión a la obra de M. Profita.

Sentencia definitiva

Species facti

1. Cum ambo essent valde iuvenes, Hubertus scilicet nondum decimo octavo aetatis suae anno expleto, Elisabeth vero in ipsamet sui natalis recurrente data in qua a decimo tertio aetatis anno eggredebatur, die scilicet 15 iulii 1978, obviam sibi venerunt in loco ubi Hubertus operam dabat et cuius rector erat pater puellae.

Post annum a prima cognitione elapsam, cum idem puellae pater vita functus esset et Elisabeth non bonam gereret consuetudinem cum matre et adfectum, capta licentia genitorum Huberti in huiusce domum se contulit ibique magis magisque in dies iuvenes amorem fovērunt, admissa quoque commixtione carnis. Inde, anno 1982, Elisabeth in utero gerens inveniebatur. Quare, iisdem maioribus viri instantibus, matrimonium penes officialem civilem initum est, expresse reiecta quacumque religionis solemnitate, die 20 augusti eiusdem anni 1982, in loco Grafing. Iam post mensem primogenitus lucem vidit et die 14 iulii 1985 puellula eum sequebatur.

Cum parentes autem, instante viri matre, urgerent ac curarent baptismum filiolarum, parochus, pastorali zelo admotus, genitores hortatus est ut sacrum vinculum usque tunc neglectum, occasione lustralis sanctificationis filiarum et ipsi susciperent. Ita factum est ut die 8 novembris 1985, in ecclesia S. ti Ioseph vici Kirchseeon, nuptiae canonicae celebrarentur.

Revera circumstantiae matrimonii valde insolitae fuere. Praeterquam neuter ex sponsibus bonam spem fovebat de exitu nuptiarum, imo nulla clara voluntas de foedere iciendo emergeret, ad virum quod attinet plura extra communia contingentia concurrerunt: Ita suasio sacerdotis adeo fortis ut ipse renuente sponso obtulisset ritum valde restrictum et quasi clam positum quin ministrantes ad altare adfuissent; nec omisit minas quoque proferre de non recipienda filia in scholis christianis. Inter haec omnia infirmitas mariti in diebus tum immediate antecedentibus tum statim subsequentibus peculiarem gravitatem signavit cum multo deficienti aequilibrii sensu et vertigine et continuis receptionibus in domos valetudinarias. Simul cum iis omnibus psychica actoris sphaera tunc haud parum conturbabatur timoribus et suspicionibus de periculis imminentibus in quibus ipsamet vita sua in discrimen vocabatur ex consiliis doctorum.

Quae iam ab initio et civili etiam foedere perdurante, molestus visus est partium convictus, in nihilo inmutabatur post canonicam coniunctionem. Ideo maritus post vix elapsam septennium a domo coniugali recessit; atque institit et obtinuit, adversante uxore, divortium die 30 septembris 1993.

Die autem 4 augusti eiusdem anni 1993, vir iam porrexerat Tribunali Monacen. et Frisingen. libellum quo exoraret declarationem nullitatis matrimonii ob multiplex caput, nempe ob suisipsum simulationem totalem consensum et sin minus exclusionem boni prolis; necnon ob exclusionem ex parte mulieris tum prolis tum fidelitatis coniugalis.

Post legitime instructam Causam et disceptatam, prima Sententia diei 29 martii 1995, quamcumque nullitatem probatam reiecit ex ullo adducto capite.

2. Item appellante actore ad N.A.O et diligenter auctis inquisitionibus in altera instantia, tunc Patronus viri pluribus documentis suffultus atque voto cuiusdam Periti, quaesivit disceptationem tamquam in prima instantia novi capituli, sc. *gravis defectus discretionis iudicii iuxta can. 1095, 2 penes virum actorem.*

Tali petitioni, servatis de iure servandis, acquieverunt Patres de Turno et nova litis contestatio habita est in qua illis, iam concordatis capitibus, ut supra, adiungebatur illud recenter inductum de defectu discretionis iudicii penes actorem.

Post novum caput admissum, iterum ad rem aliqualem instructio addebatur, denuo audita conventa et acquisita Peritia ex officio. Legitima inde disceptata controversia, Sententia altera edebatur diei 26 maii 2000 edicens pro nullitate dumtaxat ex incapacitate viri ob gravem defectum discretionis iudicii (can. 1095, 2) et confirmans caeteras negativas responsiones circa quamcumque exclusionem.

3. Haec autem novissima decisio, cum adfirmativa esset circa caput de incapacitate et quidem tamquam in prima instantia allatum et solutum, iam ad normam can. 1682 § 2 submitti debuit processui s.d. breviori seu de possibili ratihabitione circa caput de gravi defectu discretionis iudicii penes actorem. Quapropter expletis iis a iure praevisis in casu, Turnus decretum dedit quo res remittebatur ad ordinarium appellationis iudicium. Difficultates enim quaedam essent tum in consideratione principiorum de iure applicabilium tum in aestimatione probationum.

Ad ius quod attinet res potissimum erat de discernenda veritate sub *persona* seu specie non immediate percipienda (*maskierte Depression*); ad factum autem plura in unum conferebantur ex quibus non liqueret distinctio inter aerumnas mere physicas, quae ex corpore seu ex organis vitae sensitivae derivarentur et illas, quae graviter perturbatum intellectum vel voluntatem denotarent.

4. Admissa itaque lite ad appellationis iudicii tramitem, concordia dubiorum iuxta formulam in H.A.T. vigentem constabiebat: «*Num Sententia Rotalis diei 26 maii 2000 confirmanda an infirmanda sit in casu*»

Completa tandem instructione per iteratam actoris excussionem et quorundam testium atque absoluta legitima Causae discussione, iam nunc responsio praebenda est dubio uti supra concordato.

In iure

5. «*Ciò che mi opprime non si può curare: è la mia croce e devo portarla, ma Dio sa quanto si è incurvata la mia schiena per lo sforzo*» (cf. citationem ex litteris S. Freud (1900) apud *incipit* fabulae auctoris I. Betto '*Il male oscuro*', Mediolani, 2006, p. 1).

Iure merito de depressione agens auctor Coyne propriis ellucubrationibus ad instar praeambuli omnicomprehensivi anteponit *depressionem esse figuram psychopatologicam fere ubiquitous, cui omnes quandoque subiecti fuimus vel possumus esse* (cf. Coyne, J.C., 'Essential papers in depression', New York, 1986, p. 1). Ex quibus verbis iam emergit quantum difficile sit constabilire an agatur de plus minusve transeunte signo tristitiae vel deiectionis animi ex causa haud capaci inmutandi humorem habitualem personae; de intrinseca subiecti proclivitate se dilabendi in peius quaecumque est ratio aut motivum; vel denique de vera ac radicata indolis exturbata condicione, prae se ferente autonomam significationem psychopathicam.

Appellata Rotalis decisio claris et distinctis rationibus aggreditur illam, ni fallimur prima vice in Iurisprudencia agitatam, quaestionem de *depressionem* seu *deiectione* animi, quae apud plures auctores, diviti copia in Sententia allatos, venit sub nomine *depressionis latentis sub aliis signis* ('*maskierte Depression*', '*depressionem mascherata*'...).

Quare ut opus confectum potius roboremus quam infirmemus in iis quae sequuntur attentionem dirigimus ad illa generica, magis ad communem psychologiam et psychiatricam aestimationem rerum proximiora, quae referuntur ad perturbationem animi *depressivam* et ad bene notum phänomenum de corporalibus affectionibus comitantibus atque aggravantibus *depressionem*. Quae corporis implicatio ('*Somatisierung*', '*Somatizzazione*'...) de norma in omni depressione sub multiplicibus respectibus praesens est; in Nostra autem specie quasi primas partes assumpsit.

6. Iam in ordine doctrinali Ey-Bernard-Brisset adnotant: «*En Psiquiatría el término depresión implica al menos tres significados* (H.F. Lehman, 1959): *puede refrirse a un síntoma, a un síndrome y también a una entidad nosológica... Se incluye una escala de síntomas diferentes que diversifican en efecto este concepto hasta convertirlo en un sinónimo eufémico de numerosas enfermedades mentales. El elemento semiológico elemental es un aspecto*

fenomenológico caracterizado por un trastorno, un descenso del humor (timia) que termina siendo triste. Alrededor de este síntoma que denominamos provisionalmente elemental, se agrupan otros síntomas que han podido justificar la descripción del síndrome e incluso de la entidad patológica. En efecto se trata de un proceso patológico extremadamente complejo que parece muy difícil referir(lo) a un efecto primario. Precisemos especialmente que no es posible referir el síndrome a una 'depresión' de naturaleza fisiológica, porque en las depresiones biológicas, el bloqueo fisiológico puede no ser más que parcial mientras otras funciones parecen en estado de sobreexcitación... La depresión...no podría ser explicada por simples depresiones de las funciones biológicas, puesto que en conjunto se observa que el sistema nervioso simpático se encuentra excitado mientras que el parasimpático está por el contrario inhibido. De todos modos, sea como consecuencia sea como simple asociación se encuentran añadidos a los trastornos del humor otros dos fenómenos: la inhibición y el dolor moral. La inhibición es una especie de frenaje o enlentecimiento de los procesos psíquicos de la ideación que reduce el campo de la conciencia y los intereses, repliega el sujeto sobre sí mismo y le empuja a rebuir a los demás y las relaciones con los otros. Subjetivamente el enfermo presenta una laxitud moral, una dificultad para pensar, para evocar (trastornos de la memoria), una fatiga psíquica. Paralelamente experimenta una astenia física y un enlentecimiento de la actividad motriz que se asocian con malestares somáticos variados en relación con unas perturbaciones neurovegetativas siempre revelables. Hecho muy importante: el enfermo tiene una conciencia dolorosa y muy penosa de esta inhibición... La reacción de inhibición puede ser una reacción normal en un sujeto sano como consecuencia de un acontecimiento muy penoso (duelo normal) No es más que la exageración y la prolongación de ese estado lo que se (lo) convierte en patológico... El dolor moral se expresa en su forma más elemental por una autodepreciación, una autopunición, un sentimiento de culpabilidad... También hay que referirse ahora a las estructuras profundas de la personalidad del deprimido: estructura psicótica o estructura neurótica que condicionarían por mecanismos depresivos propios, modelos sintomáticos, una posición nosográfica y actitudes terapéuticas particulares para cada estructura. Hay que resaltar la importancia considerable que tienen los trastornos somáticos: cefaleas, algias diversas, sensaciones de ahogo, palpitaciones cardíacas, dolores vertebrales o articulares, trastornos digestivos,... Es posible incluso que estos trastornos adquieran una tal importancia que el estado depresivo quede camuflado por las quejas somáticas. Entonces sólo cabe un examen clínico muy minucioso que permita establecer que los trastornos de que se queja el sujeto no son de natura orgánica, sino que expresan un estado depresivo» (cf. 'Tratado de Psiquiatría', ed. hisp., Barcelona, 1975, pp. 218-219).

7. Ex hac protracta et praecisa descriptione huius *status deiectionis animi* quidam desumuntur respectus qui momentum assumunt ut de quacumque *depressiva* deordinatione adaequatum, pro posse, etiam in ordine canonico iudicium feratur.

Agitur itaque de anomalia quae amplissimos confines circumscribit, plurimas easque diversas valde provincias rerum et scientiae peragrante;

- cuius propterea quasi connaturale est latere et se promere —dum revera appareat— sub signis multiplicibus quae veram eiusdem indolem et gravitatem celent (cf. in trascrito textu: ‘*camuflado*’; et in appellata Sententia, ‘*das Bild der Vegetativen Depression bzw. larvierten oder maskierten Depression*’ [libi, n. 6]);
- quae originem ducere potest sive ex intima —*endogena*— personae indole sive ex *reactione* adversis circumstantiis, quae gignere valent illam maestitiam opprimentem animum deiectum: quin excludi possit quaedam veluti media species in qua praevia animi dispositio gignat inmodicam reactionem, quasi praevium melos inveniens tandem verba carminis. Ita K. Schneider: ‘*Diese Menschen leben in dauernder Angst, etwas versäumt, etwas angestellt zu haben und diese Angst holt nun bei beleibiger Gelegenheit ihre Inhalte: die Melodie findet ihre Worte...*’ (cf. Schneider, K. ‘Die psychopathischen Persönlichkeiten’, ed. 6^a, Wien, 1943, p. 71).

8. Praeter illa autem generica signa quae recensuimus, alia typica status depressivi phäenomenologia adduci solet ex qua et anomalia et eiusdem gravitas dignosci valerent.

Ita *somatizationis* tractus quae fere semper deiectionem animi comitantur. Mutua utique implicatio corporis et animi constans est in illa arcta compositione et harmonia quae viget in intima structura humana. De quibus cl. mus BLEULER, ad pathologiam quod attinet, haec habet:

«*Gli squilibri psichici influiscono moltepliciemente sul fisico, effetti che a loro volta reagiscono sulla psiche: modificano radicalmente il modo di vita... e possono pertanto ingenerare disturbi somatici nel complesso delle manifestazioni morbose...; possono alterare l'irrorazione sanguigna generale o locale o determinare attraverso il sistema endocrino disturbi somatici con secondaire reazioni di ordine psichico... Inversamente (in) certe malattie somatiche... il loro manifestarsi determina molteplici reazioni psichiche e perciò anche processi patologici ‘psicogeni’, strettamente intrecciati con quelli somatogeni*» (cf. Bleuler, E., ‘Trattato di Psichiatria’, ed. ital., Milano, 1967. p. 167).

Nihil mirum proinde si infirmitates et aerumnae corporis possint praebere *personam* (*maschera*) sub qua psychica anomalia celetur. At in

casu depressionis animi, uti vidimus (cf. supra, n. 6) hic concursus aggravans et opprimens psychen maius assumit pondus tum propter magis distinctam detectionem ab aliis symptomatibus; tum propter frequentiore concomitantiam qua occurrere solet his in casibus. Quare sapiens norma prius allata: '*Entonces solo cabe un examen clínico muy minucioso que permita establecer que los trastornos de que se queja el sujeto no son de etiología orgánica, sino que expresan un estado depresivo*' (Ey-Bernard-Brisset, uti supra, p. 219) multum conferet ad dignoscendam naturam, gravitatem et incidentiam in validitatem matrimonii illius iam non tam celatae depressionis animi. Et firmo manente principio quod non nomina sed res, non scientiae nomenclatura sed comprobatus effectus in facultates psychicas, inservient ad iudicium canonicum, non dubito quin ea quae apparent magis quam illa quae in abstracto speculantur iuvabunt in processu de nullitate matrimonii.

Iam age ex quantitate et praesertim qualitate morborum physicorum, quae non inveniant adaequatam causam eiusdem indolis physicae; ex protractione eorumdem; ex influxu in aciem intellectus et in roborem voluntatis; ex vi vel demissione quo excitentur vires personae quo superet dolorem vel impedimenta ut agat et affirmetur... eadem erunt totidem indicia, quibus recte iudicetur de capacitate ad consensum et consortium coniugalem.

9. Arcte connexum cum iis vix allatis, auctores —sicut et Peritus noster (cf. Peritiam Callieri, p. 45, ad 8.um)— loquuntur de '*biatrogenesi*' seu de anomalia exorta propter usum nimium et improprium medicinalium (cf. Devoto-Oli, '*Il Dizionario della lingua italiana*', Firenze, 1995, sub voce '*iatrogeno*'): quod symptoma vel deordinatio, etiam si quis haberet tamquam effectum, non reducibilem ad causam, praetermitti nequit. In se enim testatur de excessu in cogitandis et experiendis morbis (cf. hypocondriam) qui mederi intenduntur; et praeterea semper prae oculis habendum erit tempus, an nempe *biatrogenesis* initium sumpserit multo ante matrimonium, unde protracta eiusdem vigentia influxum exercuerit, saltem aggravantem, in deordinationem psychicam personae.

10. «*Desiderium habens dissolvi*» (Philp. 1, 23) absque ullo utique spei sensu esset adspiratio summa depressi. Nam *desiderium* et *intentio mortis* sub forma *sui necis* inter frequentiora symptomata sunt depressionis seu melancholiae. Quam quandoque altiores litterarias expressiones et artis attingere datum est animadvertere sed in ordine rerum haud semel gravius quoque ac profundius animum concutere.

Iterum legantur verba auctorum de quibus supra: «*El deseo y la búsqueda de la muerte son constantes en la conciencia melancólica* [sicut in illa depressi]... *Sin embargo, en todos los casos, el melancólico no tan solo busca*

abandonarse a la muerte, sino también inferírsela: el suicidio llega a hacerse obsesivo y buscado sin cesar. Se le considera a la vez como una obligación, un castigo necesario y una solución... Si bien no todo melancólico intenta suicidarse, casi todos piensan sólo en la muerte...» (cf. Ey-Bernard-Brisset, op. cit. p. 224).

11. Quae omnia aliaque quae comitari possunt singulam facti speciem, multum conferent, ni fallor, ut iuxta casus responsum praebetur illis quaestionibus quae sunt maximi momenti in inquisitione matrimoniali canonica, an nempe talis anomalia haberi possit gravis, praenuptialis et omnino incomponibilis cum consensu vel consortio coniugali et inde apta agnoscat quae matrimonium irritum reddat.

12. Ad matrimonium (christianum) autem quod attinet absque ratione non erit duo extollere quae in praecedentibus quasi per transennam allata sunt et nihilominus in essentiam foederis qualificato pondere videntur incidere, nempe maximam difficultatem in nectendis relationibus interpersonalibus et inmodicam maestitiam seu tristitiam quae habitualiter quadam interna neccesitate comitantur subiectum depressum.

De primo, uti vidimus, adnotant citati auctores: «*La inhibición repliega al sujeto sobre sí mismo y le empuja a rebuir a los demás y las relaciones con los otros...*». Et adhuc: «*...los psicoanalistas colocan en el centro de la conciencia del deprimido la hostilidad y la agresividad liberadas por la pérdida de las pulsiones amorosas*» (ibi, p.219 - NB: Quidquid est de theoria s.d. *psychoanalitica* [cf. Fenichel, O., "Trattato di Psicoanalisi delle nevrosi e delle psicosi", Roma, 1951, p. 440] uti symptoma a se consistens et comprobatum amissio vis amoris et adfectivitatis secum ferre potest incapitas ad se tradendum et acceptandum necnon ad exstruendam veram communitatem vitae et amoris coniugalis).

13. De aerumnis autem seu tristitia, quibus habitu depressi animo afficiuntur, iure quis animadverteret non facile eas componi posse cum illa dilectione quae *proprio matrimonii opere exprimitur et perficitur* quaeque ex sese ordinatur ad actus *quibus coniuges intime et caste inter se uniuntur*. Hi enim actus *modo vere humano exerciti, donationem mutuam significant et fovent qua coniuges sese invicem laeto gratoque animo locupletant*» (cf. Const. Past. 'Gaudium et Spes', n. 49).

Certe admittendum est gaudium et laetitiam, sicut de caetero amorem et ipsum in eodem sensu communionis et dualitatis consideratum, spectari posse in gradu qui tantum ad perfectiorem statum pertineant nec ad essentialem eorumdem re et veritate existentiam (cf. Alloquutiones Iohannis Pauli II ad N. A. Tribunal annis 1987-1988). Sed cum de capacitate quaestio

instituitur de radicali absentia vel inexistenti agitur, quae eo ipso secum fert nullitatem. De his itaque —amore et laetitia— analogice, et quid amplius utpote quae de relatione praedicanda sunt in casu, dici potest id quod legitur in una c. me, saepe citata, diei 5 aprilis 1973 circa relationem interpersonalem : «*Cum ultro concedatur relationem interpersonalem maiorem vel minorem posse apud diversos nupturientes perfectionem attingere, nequaquam tamen licebit asserere eam ad perfectius vel optabile matrimonium ideale totam pertinere... , qua penitus deficiente, et ipsum matrimonium corrui*» (cf. SRR. Dec. seu Sent. vol. LXV (1973), p. 327). Amor ideo et gaudium si non solum de facto, verum etiam si in suis radicibus seu in possibilitate absolute deficient, matrimonium vacuum oriri sustinendum est: «*Utrum vero consensus propter incapacitatem omnino corruiat an tantum optabili perfectione (qualis tali negotio conveniret) careat, quaestio erit de facto in unoquoque casu solvenda ope, uti patet, peritorum subsidio*» (cf. Sent. cit., p. 330).

14. Quo omnia tandem in summa redigantur, haec videntur in iure matrimoniali canonico sustinenda ad rectam applicationem principiorum in iudiciis de nullitate:

Depressio seu deiectio animi anomalia psychica habetur plurimis intexta respectibus tum naturae physicae tum praecisius psychologicae, qui omnes concurrere possunt in efficiendam deordinationem unam;

inde quod facilioris non sit detectionis et non raro inveniri debeat sub *persona* seu fallaci eiusdem imagine (*depressione celata* [*'maskierte', 'mascherata'*]);

quapropter ad recte iudicandum de eiusdem natura, gravitate, tempore et decursu, ad symptomata recurrendum est. Etiam quia, ni fallor, non solum et nec praecipue, in ordine iuridico praevalet elucubrationes theoriae sed facta allata et comprobata;

at rebus sic se habentibus, adhuc remanet indubium momentum quo gaudet detectio et scientiae confirmatio circa nomen et indolem cuiusdam anomaliae. Imprimis quia scientiae deductiones multum inserviunt ad dignoscendam veram nec solum apparentem deordinationis naturam: inde quod scientia fulciri valeat praesumptionem pro se habentem auctoritatem rationis et experientiae (cf. Serrano Riz, José M., 'La perizia nelle Cause canoniche di nullità matrimoniale' in *Perizie e periti nel processo matrimoniale canonico*, Torino, 1993, p. 79). Etiam quia non raro studium casuum et conclusionum faciliorem sternunt viam ad reducendum in unitatem illa quae prius videbantur aberrantia et inter se nimis disiuncta. Et tandem quia scientiae consideratio, etiam per adsignatum nomen et allata adiuncta, valde confert ut aequivocatio et ambiguitas removeatur in rebus saepe difficilioris connotationis.

Quae omnia in specie *depressionis* ['mascheratae'] quantum intersint nemo est qui non videat.

15. Reliquum est ut de determinato nullitatis capite —an nempe depressio, dum gravis sit et praenuptialis necnon reddens radicatus impossibile, nec solum difficile, consensum vel consortium coniugalem— utrum eadem locum dare possit gravi defectui discretionis iudicii (can. 1095, 2) an causis naturae psychicae de quibus in eodem canone (can. 1095, 3).

Quaestio, quae saepe prospectatur propter intimam devinctionem inter motiva nullitatis deducta ex diversis suppositis in citato canone praevisa quasi peculiarem diceretur acquirere relevantiam ex eo quod, uti dictum est, *depressionem* plurimas induit formas quae, etsi non omnes eadem assumant indolem, non dubito quin omnes in unam concurrant personae deordinationem: quare potius ad probationes collectas et ad cordatos Iudices pertinet dignoscere an hunc vel illum effectum sortiatur. Et, perpensis etiam adiunctis, utrum actum consentiendi irritum efficiat an potius intimum consortium vitae et amoris coniugalis impossibile reddat.

Sub quo quidem respectu multum etiam deferendum est distinctioni in perturbationibus psychicis crebre recurrenti inter '*episodium*' et '*phasem*': ad quam peropportune sese refert cl.mus Peritus noster Callieri (cf. Peritiam, p. 8, ad 12.um: nb. In actis, Summ. II, p. 46). Aliud et aliud enim est ictus plus minusve transiens et status ad protractum tempus et etiam rediens se prodiens.

In factu

16. De sua anamnesi iam a primo petitionis libello, actor abunde loquitur. Nec sensu caret animadvertere tunc quaestionem fuisse de simulatione, unde non necessario connotationes perturbationum ordinis psychici extollendae fuissent:

«...Il 04.07.85 —canonicum matrimonium locum habuit die 11 novembris eiusdem anni— *mi sono ammalato gravemente. Svegliandomi non potevo camminare più, sentivo forti vertigini e ancora lo stesso giorno sono stato portato all'ospedale di Ebersberg. Da li sono stato mandato in altri ospedali, alla fine nel Policlinico Grosshadern. Le Dagnosi variavano tra un eventuale tumore al cervello, una infiammazione del tronco del cervello e una sclerosi multipla. Poiché anche il mio stato psichico durante questo periodo è peggiorato, dovevo prendere delle medicine forti, che mi hanno causato una infiammazione al fegato... Io non volevo il matrimonio in chiesa, ma l'ho subito considerando la mia grave malattia... In quel periodo avevo i nervi distrutti a causa della mia malattia e non ebbi più le*

forze per oppormi... Il mio stato di salute è migliorato pian piano durante l'anno 1986 dopo una cura. Soltanto a metà del 1987 mi sentì di nuovo completamente sano...» (cf. Acta Causae, ff. 3-4).

Quae iterat et complet in prima declaratione: «...sono stato ricoverato in ospedale a causa di forti vertigini. Non potevo nemmeno più camminare... I medici mi davano ancora al massimo quattro o cinque anni di vita. Ero completamente sfinito... È stato una catastrofe... I medici non sapevano più che cosa fare... Riguardo al fatto che in ogni modo non avevo più quasi nessuna probabilità di rimanere ancora in vita, alla fine per me era uguale. Ho detto di sì senza avere nessuna volontà per il matrimonio... Come mi disse più tardi (conventa)... avrebbe chiesto il divorzio già prima del nostro matrimonio ecclesiastico, se io non fosse stato tanto ammalato. In quel momento lo fece per compassione... Dopo che mi sono ammalato essa se ne doveva occupare (sc. de prole) più di prima... per lei si trattava piuttosto di una situazione di emergenza...» (cf. ibi, ff. 53-65).

17. Quodammodo confirmat ipsa conventa:

... «il 21 gennaio 1979 —ait Elisabeth— ho finito la relazione. In seguito a ciò mio futuro marito ha annunciato che si sarebbe ucciso... Poi veramente ha tentato il suicidio. Mio fratello lo ha trovato e ha chiamato il medico di emergenza... Poi ho continuato la relazione perché non volevo essere colpevole della morte di una persona. Senza questo tentativo di suicidio non avrei continuato... Ho sofferto molto a causa della sua gelosia... Nella sua sconfinata gelosia... me ha continuamente controllato, non potevo nemmeno guardare un altro uomo, per non parlare di uscire di casa sola. Mi sentivo come in una gabbia d'oro. I miei desideri venivano adempiti per tenermi piccola e ferma... Della seconda gravidanza ero in fondo molto infelice... non mi sarei mai potuto separare da questo uomo... Quando ero incinta al nono mese, mio marito all'improvviso cadde malato, cioè aveva delle vertigini e non poteva più camminare dritto. E' stato poi ricoverato all'ospedale, dove si trovava ancora quando io entrai all'ospedale per il parto, e non si è mai capito veramente che cosa gli mancava... L'unico motivo che posso immaginare è quello che egli temeva di non vivere più a lungo; ma se lo temeva in realtà non lo so; occasionalmente ne ha parlato...» (ibidem, ff. 79-91).

Et dein in altera instantia penes H. A. Tribunal:

«Hubert dall'inizio è stato geloso... Suppongo che Hubert ha proiettato su di me i suoi propri pensieri e problemi. Perciò volevo già molto presto (circa dal 1983/84) che egli facesse una terapia particolare. Egli lo ha promesso, ma lo ha sempre rimandato; non ha mai fatto passi concreti in

questa direzione... Soltanto alla fine del matrimonio è stata usata violenza a causa della gelosia... Hubert aveva questa paura di non vivere più a lungo. Non c'erano però dei reperti medici che gli avrebbero dato motivo per tali paure. Forse questa paura parzialmente era anche il motivo per il matrimonio per lui... La dottoressa nell'ospedale di Haar non mi ha potuto confermare in nessun modo che Hubert fosse ammalato di Sclerosi multipla. Sapevo naturalmente del sospetto. I sintomi che erano apparsi in lui erano favorevoli a una tale supposizione. Non so tramite chi Hubert avrebbe potuto sapere che non avrebbe vissuto più a lungo...» (cf. Summ. II, f. 9).

Ex declaratione quoque mariti apud peritum scimus adiunctum quod maxime ad rem facit: «...egli (sc. vir) avrebbe sentito l'informazione medica rivolta a sua moglie... e avrebbe appreso che si tratterebbe di una sclerosi multipla e che non avrebbe più molto tempo per vivere. Dal discorso avrebbe sentito che si potrebbe trattare solo di mesi» (cf. Summ. II, f. 21).

Minus refert in causa de incapacitate et dimissis a tela iudiciaria speciebus de exclusionem propter duplicem eamque conformem negativam decisionem, minus refert, inquam, ad testes accurrere utpote qui plura traderent non amplius ad rem pertinentia, dum illa quae revera in casu momentum assumunt, praeterquam ab ipsismet partibus, potissimum ab expertis requirenda sunt.

Nihilominus testes, sicut sedulo ac summatim recolit decisio appellata (cf. ibi, n. 15), plurima tradunt quae facile est componere cum iis a partibus prolata. Sufficiat addere testem qualificatum, Parochum, qui tempore, uti videtur, non suspecto ab actore quaedam animadvertit et accepit quae aliis indiciis possent adiungi (cf. Summ. IV, p. 51-52).

19. Ad respectus medicales quod attinet, prae primis oculos percellit in actis mira adaequatio illarum notarum quas in parte in iure recensimus ex scientiae auctoritatibus circa *depressionem* cum illis a coniugibus in iudicio traditis circa actoris aerumnas et infirmitates tam corporis quam psyches. Revera si non singula seorsim spectentur sed in summam, sicut quandoque simul in eodem actore deprehendebantur vel in una eademque dinamica apparebant, praeter quodlibet dubium indicia typica deordinationis praesto erunt: ita ut subsidio uniuscuiusque ad invicem omnia adiuventur et si allata comprobentur de gravi defectu discretionis iudicii in nubendo penes actorem tuto consilio pronuntiari possit.

Equidem emergunt in casu praecipua ab auctoribus signata tum in ordine physico —difficultates in motu; defectus in aequilibrio; aerumnae in capite et in visceribus necnon in artibus; nystagmus in organo visionis; infirmitas nervorum...— tum in ordine psychico —malincholia; anxietas et deiectio animi habitualis; timor et conatus inferendi sibi necis; abulia et

simul absentia suiipsius dominii in sexualitate sine vero amore interperso-
nali; obtunsus intellectus...— Merito igitur experti induxerunt imaginem
depressionis dissimulatae [mascheratae], quia profecto si symptomata primo
intuitu attendantur quasi indigent anomalias sibi quamque ostendentes
proprius characteres; at sive protractum tempus sive concursus in eadem
persona, una cum accurata exclusione aliarum causarum (cf. supra n. 6-8:
análisis muy minucioso): stimulant inquisitionem in originem communem
quae tandem aliquando inventa est in profundiore deordinatione depressi-
va, sub aliis speciebus praesens.

21. Iam hora est ut ad probationem peritalem tandem accedamus.
Quae quidem quasi tribus gressibus procedit: primo, documenta et anam-
nesis circa actorem in pluribus et etiam plurimis nosocomiis peracta; dein-
de relatio Periti, instante ipsomet actore, producta; et denique peritia ex
officio penes Rotam requisita. De unoquoque pauca.

22. Quo fulciret petitionem ad inducendam Causam de incapacitate,
tunc Patronus actoris obtulit relationem peritalem D.ris Kilzer, quae sua vice
propriis deductiones vallavit documentis a pluribus nosocomiis datis (cf.
Summ. II, ff. 28-38) ex quibus constat eundem actorem ab ineunte mense
iulii 1985 usque ad finem eiusdem anni 1985 innumeras fere stationes ad
subsidium infirmorum peragrasse et totidem doctores consuluisse. Ex at-
testationibus valetudinariorum desumitur virum semel atque iterum ibi cura-
tiones ad tempus suscepisse et successive conatus plurimos fecit quo
inveniretur origo ipsius aerumnis et molestiis. Diagnoses prolatae sunt de
suspectis morbis a gravioribus quibusque —sicut s.d. sclerosis multiplex—
usque ad vestigia tumorum in cerebro vel in visceribus, necnon aequilibrii
defectus (Ménière). Nec desunt quaedam vestigia de antecedentia morbi
(1982: cf. D.rem. Krämer, Summ. II, f. 35; et etiam declarationes mulieris
in altera instantia: «*Ich wollte deswegen schon sehr früh (etwas ab 1983-
1984) dass er sich in Einzeltherapie begeben sollte. Er hat zwar zugesagt,
es aber wieder hinausgeschoben; er hat nie etwas deswegen in die Wege
geleitet*»..., Summ. II, f. 9, ad 5.um).

Quae omnia, etiam praetermissis signis deordinationum stricte psychi-
carum, satis sunt ut probent fundamentum ad anxietatem permanentem et
ad consequentem '*hiatrogenesim*' ob abusum pharmacorum.

23. Omnia in unum redegit Psychiater a parte propositus D.r Kilzer,
de cuius opere iure meritoque appellata Sententia asserit: «*Nihil obstat quo-
minus relatio doct. Kilzer in provinciam canonicam admittatur*» (ibi, n. 19).

Per directam viri inspectionem in colloquio clinico protracto per spa-
tium unius horae cum dimidio et per accuratam collationem ingentis molis

documentorum medicalium, expertus potuit completam imaginem personae actoris dipingere etiam cum sufficientibus datis anamnesticis. Solum quamdam mirationem movet assertio medici de indemnitate viri a quacumque infirmitate ante raptim exorta symptomata graviora: «*Bis zum Beginn seiner Erkrankung in Juli 1985 keinerlei relevante Vorkrankheiten, kein Hinweis auf psychische Störungen oder entsprechende Behandlungen...*» (Summ. II, f. 18; cf. etiam ibi, f. 23): quae difficulter componerentur cum modo traditis notitiis anamnesticis (cf. supra, n. 22). Quomodocumque circumstantia, indubii momenti, peremptoria dici nequit cum aliis plurimis de quibus infra collata.

Dr. itaque Kilzer, primus inter plurimas attestaciones medicas in actis, suspicatus est et proposuit diagnosim de *anomalía depressiva*: «*Insgesamt kann dass Beschwerdebild eindeutig einer endogenen Depression zugeordnet werden. Wahrscheinlich hat sie von Anfang an bestanden, spätestens nach der Konfrontation mit einer möglichen Multiplen Sklerose...*» (cf. Summ. II, f. 25).

Idem doctor conquaeritur de inadvertentia in symptomatibus interpretandis penes collegas —tum medicos physicos tum neurologos— et accurate inserit signa intra fines psychicae «*somatisiert endogenen-depressive Phase*» (cf. ibidem).

Recte praeterea adnotat idem Peritus matrimonium canonicum celebratum esse «*in den Zeitraum der Erkrankung*» (cf. ibi, f. 27).

Quare relate ad consensum coniugalem ille merito notat hominem adeo deficientem in intellectu (*Benommenheit*) et in sui determinatione ut complere nequisset illum qualificatum actum consensus qui facit matrimonium. Idque magis in concursu circumstantiarum quae in momento nutiarum vigeabant: «*In diese 'somatisiert endogen-depressive Phase' belastet durch die Überzeugen nicht mehr lange zu leben, durch panikartige Angstzustände, depressiv bedingte Leistungsunfähigkeit pessimistische gesamtperspektive fällt deer Antrag aus Anlass der Taufe des zweiten Kindes kirchlich su heiraten Hr. Hobmeier (actor) lässt all dies ohne innere Beteiligung und ohne inneren Widerstand geschehen...*» (ibi, n. 24).

Abstractione itaque facta a difficultatibus —et etiam impossibilitate— instituendi illud consortium vitae et amoris coniugalis, quod dicitur et est matrimonium, ipsemet consentiendi actus et propter motiva personalitati actoris intrinseca et propter adiuncta in quibus ille nactus est consensum (?) dare.

24. Cl.mus denique Prof. Callieri, peritus ex officio designatus, eruditione ac perspicuitate quibus eminet, perfecit ac complevit argumenta prioris.

Nam imprimis, ab actibus suffultus, tribuit nomen et rem *depressionis aliena specie obtectae* ('mascherata, maskierte...') psychicae deordinationi actoris. Et revera nihil aliud demonstrant haesitationes doctorum et plurimas sibi inter se contrarias diagnoses quas experti praebuerunt; item modo quasi ex abrupto quo talis depressio exsurgit quin praecedentia, quae adfuerunt signa, de facto fuissent inventa et patefacta; tandem facili gressu quo transitus factus est ad explicanda in seipsis phäenomena physica et etiam neurologica quae praesto erant quin recursus fieret ad originem communem eiusque gravitatem...

Iam age, quidquid est de consistentia et authonomia conceptualis notionis '*simulatae depressionis*', agnoscendum est eam, si demonstretur, optimum praebere iter ad declarandam indolem et gravitatem psychicae determinatae deordinationis. Quinimo alia signa, sive physica sive neurologica, optime possent in id conferre quae tribuant *simulatae depressionis* entitatem et gravitatem in subtili dinamica causae-effectus dignoscenda: nec pratermittendum est *reactiones* etiam in casu depressionis endogenae de norma multum aggravare statum initialem.

In specie Prof. CALLIERI —qui cum peritia KILZER est *perfettamente d'accordo* (cf. Summ. II, f. 45)— etiam concordet Nos invenit cum refert:

«Attraverso i ricoveri e le indagini mediche neurologiche si era già realizzata una vera e propria iatrogenizzazione cioè la polarizzazione dell'attenzione e la sottolineatura di tutti quei malesseri, che certamente giustificavano le indagini ma che restando senza una sicura risposta ontibruivano ad accentuare lo stato di allarme e l'inquieto timore di malattia (fino a vere impostazioni tanato-fobiche...: questo era lo stato psicologico dell'attore all'epoca del matrimonio...» (cf. Summ. II, f. 42-43).

Et de diagnosi perturbationis: *«Il disturbo di cui mi si chiede, la cui sintomatologia è ben documentata... rientra agevolmente nelle depressioni mascherate (magistralmente descritte da Kielholz)... Comunque è ampiamente noto che i disturbi somatici come come vero e proprio equivalente depressivo sono divenuti negli ultimi decenni molto frequenti...»* (cf. ibi, f. 43).

Item de ingravescenti influxu *reactivo* symptomatum super depressionem endogenam: *«...Questi pesanti sospetti diagnostici facilitarono, potenziarono, accentuarono la reazione psicologica depressiva che andò ad aggiungersi e sommarsi con la Vertimmung depressiva di base determinando persistenza o addirittura aggravamento della sintomatologia»* (ibidem, f. 45).

Sicut opportuna videtur animadversio et distinctio inter *episodium et phasem*. Id est: *«E questo il tipico decorso delle fasi depressive (fasi, si badi bene, e non semplicemente episodi)...»* (cf. ibi, f. 46): ubi, ni fallor *sympto-*

mata possono haberi episodica et fases *continuum* illa amplectens et in unitatem deordinationis redigens.

Et tandem agens de hebetudine voluntatis in consentiendo: «*Più che di maturazione psico-affettiva o di libera decisione credo possa essersi trattato di una flessione della volontà di opporsi...*» (ibi, p. 46).

Inde pro cl.mo Perito, etiam sine specifica consideratione de incapacitate ad essentialia iura et officia coniugalia (can. 1095, 3), circa quam haud parum nec leve dici posset iuxta ea prius adnotata (cf. supra, n. 9): prae oculis habitis *intontimento* (Benommenheit) intellectus —et quidem in agendo, non necessario in speculatione abstracta— atque debilitate voluntatis actus consensus dici nequit adaequatus ad momentum nubendi. Quin e contra haberi debet graviter deficiens in discretione iudicii quo gignat foedus nuptialis. Profecto idem vir clare apparet uti *derelictus*, quilibet sui determinatione destitutus et facile praeda aliorum consiliorum et actionum.

26. Hucusque disceptata indubium robur accipiunt, si attendantur adiuncta, quae praeter genericas deductiones ex intrinseca actoris indole adhuc confirmare possent diagnosim super actu consentiendi in casu.

Agitur enim de persona, quae suis gravibus molestiis affecta, in tenui aetate ad civile foedus compulsa est propter graviditatem puellae —fere puellulae— vix pubertatem adeptae et iam reducis a morte patris, quacum adversante matre in suam reduxit domum in decimo tertio aetatis anno. Talis coniunctio, praecox valde et inconsiderata, sicuti sperare foret, in peius quotidie ivit, inter iurgia et dissensiones. Quibus haud intermissis, infidelitatibus quoque ex utrobique interiectis et excessu zelotypiae mariti exacerbatae ex inopinato evenit gravior crisis eiusdem mariti cum infausta valde futuri praevisione.

Significatione non caret tempus trium annorum (1982-1985) elapsum inter primum matrimonium civile et canonicas nuptias. Etenim eo durante viguit consuetudo molestissimis quibusque conflictibus vexata propter indolem viri et impatientem mulierem ita ut quamvis conclamatio deordinationis videretur sponte exorta, praeivit tamen concursus adiunctorum quae in nuce latebant et agebant. Eruere igitur fas est *dissimulatam* —nec nimis!— *depressionem*, eamque gravem quae latebat sub gravioribus vestigiis morborum physicorum.

Rebus sic se habentibus non ex ultronea alterutriusque voluntate, sed ex imperio viri matris et perspecto commodo mittendi alteram susceptam filiolum in scholam catholicam, capto consilio et suasionem a parochio *summarium* canonicum matrimonium peractum est. Vir itaque, qui et talis et in tali coniectura constitutus, ut verbis periti utamur cum «*una flessione*

della volontà di opporsi» specie tenus visus est consentire nec re et veritate propter gravem defectum discretionis iudicii.

27. Quo plenius denique de re dipingamus tabulam non possumus non respicere quoque id semper in re matrimoniali prae oculis habendum: nempe, partes mulieris in deordinatione viri. Nam in specie psychopathica in qua multum deferendum est reactioni, de facto exstitit tumultuosa cohabitatio inter virum, nec ipsum multa aetate auctum, et puellam vix adulescentiam adeptam. Iam age *depressio [dissimulata]* endogena multos impetus subiit a conflictu, simul intimo et continuo, quo necesse fuit ingravescere ultra fines debitae discretionis iudicii ad nubendum.

28. Quae cum ita sint, omnibus in iure et in facto adamussim perpensis, Nos, infrascripti Patres DD. Auditores de Turno pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christo Domino invocato, decernimus, declaramus et definitive sententiamus ad propositum dubium respondententes:

«Affirmative ad primum, negative ad alterum: seu Sententiam Rotalem diei 26 maii 2000 confirmandam esse in casu. Id est, constare de matrimonii nullitate in casu ob gravem defectum discretionis iudicii penes actorem (can. 1095, 2)»

Cui actori interdicitur transitus ad canonicas nuptias inconsulto H.A.T.

Ita pronuntiamus et committimus Ordinariis locorum et Tribunalium administris ad quos spectat ut hanc Nostram Sententiam definitivam notam faciant omnibus quorum interest et exsequutioni tradant, servatis omnibus de iure servandis.

Romae, apud Aedes Tribunalis A. Rotae Romanae, die 18 martii 2005.

Antonius STANKIEWICZ

Decanus

Joseph M. SERRANO RUIZ

Ponens

Aegidius TURNATURI